Quaestio medica discutienda Cardinalitijs disputationibus, praeside Doctiss. viro Domino Jacobo Hollerio Doctore medico, die Jovis vi^a aprilis

Cardinalitia Quaestio agitanda In Scholis Medicorum

Die 17^a Aprilis

M. Jacobo Hollier Moderatore.

An Animi Exercitium Lethargicis ~~prodest~~ profit?

Cerebrum sedes animae praecipua, nervorum unicum principium sensituum habetur, ideoq; pro actionum dignitate acuta sentit (ubi à naturali statu recessit) mala: intemperie enim nuda, aut ea cum materiae affluxu tentatur, hinc lethargus oritur, cum pituitosus humor cerebrum, phrenitis vero cum exquisite biliosus habet; qui si commiscentur, et alter altero superior est, ista hac illave ambiguitatis sequuntur symptomata, eadem exigua exiguum, magna magnum affectum significantia.

Aetati proinde declinanti lethargus magis quam cæteris familiaris, mulieribus q̃ viris crebrius accidit. Hunc comitantur febris acuta, somnus longus profundus non ubiq; malus, actionum omnium imbecillitas, oblivio magna, quae à totius cerebri vitio est depravata simul ratio. nec minus vitarum indicium, decubitus supinus periculosus, silentium, capitis dolor levis, oscitatio frequentior, respiratio maior, rarior pulsus, languidus, tardus, salivosum os, lingua albicans, ad motum sic inepta, ut sermonem vix exprimat.

Lethargo cui morbi familiares sunt, carus, catalepsis, apoplexia, coma) per initia imperanda fames, cibus incidens, attenuansq; pituitam: potus esto vinum aquosum, tenue hydromeli: ad quam phreniticis contrarius conveniunt vomitus, melior est intestinum alui subductio (quae fieri potest clysteribus acribus balanis) venae sectio diutius non differenda, calidum oxyrrhodino repellendus humor, praefusiones, Emplastra quae exsiccandi vim habeant, admovenda capiti.

Juvant et quae urinam ciendi vim habent, frictiones externarum corporis partium, debilem insuper imaginatricis potentiae motum excitant, quae odorem gravem spirant, ingens denique ~~ste~~ strepitus, ac pilorum è temporibus evulsio, quod si morbus declinare ceperit, victus plenior et balneum eximiè proficit.

Morbo eminente oculorum perversio, externarum partium frigiditas, infirma labore deglutitio, frigidus sudor in fronte, colli ridentis et stertoris aversae supervenientium, quae priusq̃ nos deserant, salubriter usurpantur ea quae animum sollicitare possunt, singultus, oxythymiam, quae ut calidis morbis officium, sic frigidis proficuum ad bonos succos procreandos, naturalemq; habitum recuperandum, volu excitato calore nativo, utiles.

Animi Igitur exercitium Lethargicis prodest.

Respondebat Lutetiae M. Guillelmus Robineau M.D.L.I

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE